

tegam, & Luna non dabit lumen suū. Omnia  
 luminaria cœli mærere faciam. Joel. 2. Sol &  
 Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt  
 splendorē suum. Atq; hoc sensu inquit De⁹  
 Jerē. 10. *A signis cœli nolite metuere quæ ti-*  
*ment gentes, puta, si pie & in timore mei*  
*vixeritis. Qui enim ex Deo nati sunt & in*  
*nova nativitate vivunt, his cœlū & uni-*  
*versa natura ut nocere nequit, ita neque*  
*terrorem debet incutere; juxta Ps. 112. In*  
*memoria æterna erit justus, ab auditione ma-*  
*la nō timebit. Atq; huc pertinet illud vul-*  
*gare: Sapiens dominabitur astris. Qui enim*  
*in nova nativitate sunt, hi supra cœlum*  
*physicum sunt exaltati, nec jam ampli⁹*  
*filij Saturni, Jovis, Martis, Solis, Mercu-*  
*rij, & Lunæ sunt; sed Filij Dei, quia nimi-*  
*rum in fide vivunt, per quam cœli impe-*  
*rio, & impressionibus astrorum physico-*  
*rū se subtrahunt & eximunt. Contra qui*  
*in nova nativitate nō vivunt, sed secun-*  
*dum carnem, ac ethniciè, isti habent cur-*  
*suæ cuticulæ metuant, & à cœli minis si-*  
*bi caveant. III. Certius est quā ut negari*  
*possit, duorū luminariū Ecclipses, itēq;*  
*Cometarum exort⁹, maximas mutatio-*  
*nes pertendere, nec modo mortem viris*  
*illustrib⁹, sed etiam conversiones impe-*  
*riorum & statutū, itemq; publicas cala-*  
*mitates denunciare. Hinc vulgare illud,*